



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

63 Forma juramenti per Praelatos ecclesiasticos praestandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

beneficiarii jurant in principio, non alienare, nec diminueri bona Eccleſiæ, per text. in cap. prohibemus, de cenſ. & Navar. ubi ſupra, num. 14. ſecundo reſponſo, in ſin. & regulariter juramentum præſtatur ab Archiepiſcopis, Episcopis, Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, Archidiaconis, & aliis principalem in collegiata, & primam poſt Pontificalem in cathedrali dignitatem habentibus, qui eccleſiaſticam habent juridiſtionem ſub his verbis, videlicet:

63 Ego ꝑ N. Abbas Eccleſiæ N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero beato Petro, ſanctæque Apoſtolice Romane Eccleſiæ, & Domino N. Papæ, & eius ſucceſſoribus canonicè intrantibus. Non ero in conſilio, conſenſu, tractatu, vel factu, ut vitam, vel membrum perdant, ſeu quod contra alicujus eorum perſonam, vel ipſorum, aut Eccleſiæ ejuſdem, ſive Sedis Apoſtolice auctoritatis, honoris, privilegiorum, jurium, vel Apoſtolicorum ſtatutorum, ordinationum, reſervationum, diſpoſitionum, ſive mandatorum derogationem, vel præjudicium, machinationes, aut conſpirationes ſiant, & ſive, quoties ali- 64 quid tractari ſcivero, id pro poſſe, ne fiat, impediam, & quanto citius commode poterò, eidem Domino noſtro, vel alteri, per quem ad ipſius noticiam pervenire poſſit, ſignificabo, conſilium verò, quid mihi per ſe, aut nuncios, ſeu litteras credituri ſunt, ad eorum damnum, me ſciente, nemini pandam, ad retinendum, & defendendum Papatum Romanum, & regalia ſancti Petri contra omnem hominem adjuvor eiuſ ero, auctoritatem, honorem, privilegia, & jura, quantum in me fuerit, potiùs adaugere, & promovere, ſtatuta, ordinationes, reſervationes, diſpoſitiones, & mandata huiusmodi obſervare, & eiuſ

intendere curabo: Legatos Sedis ejuſdem honorificè tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo: hæreticos, ſchiſmaticos, & qui alicui ex Domino noſtro, ſucceſſoribusque prædictis rebelles fuerint, pro viribus perſequar, & impugnabo: poſſeſſiones verò ad Abbatiam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli dictæ Eccleſiæ, inconſulto Romano Pontifice, ſic me Deus adjuvet, & hæc ſanctæ Dei Evangelia. Reliqui autem beneficiarii de non alienando in manibus Ordinarii præſtant juramentum.

64 Tertio in odium alienantium ꝑ res alienatæ nullo reſtituto pretio revertuntur ad Eccleſiam, cap. 1. de ſchiſmat. Et emptor poterit habere reſreſſum contra alienantem, ut ibi Abb. in ſin. cap. ſi quis preſbyterorum, & ibi gloſſ. ſin. & idem Abb. num. 1. de reb. eccleſ. non alien. Rebuff. eod. Compend. num. 115. & Rodo. de reb. Eccleſ. non alien. quaſt. 76. cap. 2. n. 30. verſ. decima pena.

65 Quarto ꝑ Prælati Episcopis, & Abbatibus inferiores, Commendatarii, & aliarum Eccleſiarum Rectores, beneficia, vel adminiſtrationem quemodolibet obtinentes, prioratibus, præpoſituris, præpoſitibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque beneficiis, quorum res, & bona alienarunt, ſunt ipſo facto privati, ut in ead. extravag. Rebuff. d. compend. num. 111. Redo. eod. cap. 2. num. 30. verſ. ſeptima, & Rot. in no. viſſ. decif. 896. par. 3. lib. 3. Et dictio, ipſo facto, eſt latæ ſententiæ, l. ſin. ſ. ſciturus, C. locat. cap. cupientes. ſ. Cæterum, & ibi gloſſ. in ver. ſuſpenſos, & Card. de electi. Dec.